Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8179
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

illam: quae fit per sacristam palatinum in galli cantu noctis natalitiae. Nam plerique eidem nulli interesse solent: et ea excepta omnes simul etiam cum extraordinarijs nunq solent regulariter celebrari per inferiores a prelatis consecratis quatucunq nobilibus generosis et illustribus: ac in alijs dignitatibus ecclesiasticis constitutis.

De missis ad papam pertinentibus quot e quae ac ubi fiunt

De missis supra dictis ad papam tres pertinent celebrandae: vz in natiuitatis dni nri ihu christi. in Resurrectionis eiusde. et in scorum aplorum petri et pauli solemnitatibus: quibus papa sub baldachino processionaliter ad basilicam defertur. Alibi aut comunitr celebrare non solet.